

Donatio fundi in Pulcione facta a filiis Oldeprandi Monast. S. Mariæ. Ex eod. tabul.

MLVI.

²
Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo quinquagesimo sexto imperii vero ... Henrico deo propicio decimo octavo ... die mensis octuber, indictione nona monasterio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ est constructum foris prope civitatem Aquis. Nos Olbertus ... & Albertus Clericus, & Medicus filius quondam Oldeprandi, & Cuerardus Clericus pater & filio, & Alsinda filia quondam Naningi quæ professi sumus lege vivere romana offertores & offerrix, donatores & donatrix ipsius monasterio præsentibus dixi quisquis in sanctis, ac in venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in sæculo centuplum accipient, & insuper quod melius est vitam possidebunt æternam. Ideoque nos qui supra pater & filius, & Alsinda donamus, & offerimus in eodem monasterio sanctæ Mariæ pro animarum nostrarum mercede, idest mansum unum in loco & fundo Pulcione, vel in ejus territorio, & est ipsum mansum pro mensura justa inter sedimen & vitem cum areis suarum terris araberis pratis gerbis castanetis cum areis suarum sive omnibus rebus a se pertinentibus jubeas duodecim etiam pluris de nostris juris rebus inventum fuerit quam ut supra mensuratis, per hanc cartam offerfionis in eodem monasterio, aut cui pars ipsius monasterio dederit persistat potestate proprietario juri nominative ipsum mansum, & est rectum & laboratum per Martino Ferriolo massario in integrum: que ... infrascripto manso juris nostris cum omnibus rebus a se pertinentibus suprascriptis una cum accessionibus, & ingressibus, seu cum superioribus & inferioribus earum rerum qualiter supra legitur in integrum ab ac die in eodem monasterio donamus & offerimus, & per præsentem cartam offerfionis ibidem abendo confirmamus abendum & faciendum pars ipsius monasterio, aut cui pars ipsius monasterio dederit jure proprietatis nomine quidquid volueritis sine omni nostra & hæredum nostrorum contradictione. Quidem exspondimus nos qui Ubertus Clericus, & Everardus & Alsinda pater & filius una cum nostris hæredibus pars ipsius monasterio, aut cui pars ipsius monasterio dederit infrascriptum mansum qualiter supra legitur in integrum ab omni omine defensaverimus, quod si defendere non potuerimus, aut si pars ipsius monasterio exinde aliquid per covis ingenium subtrahere quæsierimus, tunc in dublum eadem mansum ut supra legitur pars ipsius monasterio restituamus, sicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit sub æstimatione in consimili loco, & nec nobis liceat ullo tempore nolle quod voluisse: quod a nobis semel factum, vel conscriptum est: sub jusjurandum inviolabiliter conservare promittimus constipulacione subnixa, hanc enim cartam offerfionis pagina Bernardi notarii, & Judex sacri Palatii tradidi, scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtuli roboranda. Reliqua recisa sunt.

Donatio possessionis facta a Deda & Rosfredo filio monasterio S. M. de Aquis in Camera habitationis S. VVidonis. Ex tabul. ejusd. mon.

MLXIV.

³
Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexagesimo quarto, undecimo die mensis decembris, indictione tertia monasterio sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quod est constructum non multum longe a civitate Aquis Mondeda (Nos Deda) filia quondam Gosoni, & relicta quondam Oddoni, & Rosfredus mater & filios, qui professi fuimus nos ex natione nostra lege vivere Longobardorum; ipso namque Rosfredus, & ... filii & mundoaldi mei mihi consenciente & subter confirmante offerfor offerrix, donator & donatrix monasterio præsens præsentibus diximus. Quisquis in sanctis, ac in venerabilibus locis ex suis aliquid contulerint rebus juxta octoris vocem in hoc sæculo centuplum accipiat ad insuper, & quod melius est vitam possidebit æternam. Ideoque nos qui supra mater & filio donamus & offerimus, & per præsentem cartam offerfionis proprietario nomine ibidem abendum confirmamus ... cedere de pecia una de terra aratoria juris nostri quam aberi usi erimus in loco & fundo Ceredalo, & est ipsa pecia de terra aratoria pro mensura justa jubea una coeret ei ex una parte terra sancti Petri ex alia parte terra Rosini, ex tertia parte terra de Curte Melagio, sibi que aliæ sunt coerentes qua autem infrascriptam petiam de terra aratoria juris nostri suprascripta una cum accessione & ingresso, seu superioribus & inferioribus suis qualiter supra mensura & coerencia in integrum ab ac die in eodem monasterio donamus & offerimus, & per præsentem cartam offerfionis ibidem abendum confirmamus faciendum exinde pars ipsius monasterio, aut cui pars ipsius monasterio addiderit a præsentis die proprietario nomine quidquid voluerint sine omni nostra, & hæredum nostrorum contradictione. Quidem exspondimus, atque promittimus mater & filio una cum nostris hæredibus in eodem monasterio, aut cui pars ipsius monasterio dederit infrascripta offerfio qualiter supra legitur ab omni omine defensare, & si defendere non potuerimus tunc in duplum dicte offerfio in eodem monasterio restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub æstimatione in consimili loco, hanc enim cartam offerfionis paginam Bernardi notarii, & Judex sacri Palatii tradidi, & scribere rogavi, in qua subter confirmans testibus optulit roborandam. Actum in Camera habitationis domini UVIDONI Episcopi, quæ est constructa intra civitatem Aquis feliciter.

Signum manuum suprascriptorum Deda & Rosfredus mater & filio qui hanc cartam offerfionis. Reliqua testium nomina ob cartæ recisionem desunt.